



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 84. Berquini propositiones a Facultate Theologica damnatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI mo sexto Berquinum comprehendit  
A. C. 1526. jussit.

## §. LXXXIV.

*Berquini propositiones a Facultate  
Theologica damnatæ.*

*Argent. t. 1.  
in fine p. 5. t.  
2. p. 40.*

Eadem occasione Facultas Theologica Parisiensis præfatum Berquinum nova perstrinxit censura, ac sequentes illius propositiones damnavit. *I. Reservatio casuum non impedit plenariam peccatorum reservationem. II. Petrus super singulos fideles a Christo primatum potestatis non accepit. III. Si Papa esset jure divino super omnes fideles Ecclesiæ, nullus posset eum absolvere, nec consistentem audire. IV. Humana opera vitæ æternæ meritoria, pro pudor! V. Sophistæ vocant fidem credere totam Historiam Evangelicam, quod & dæmones credunt, Lutherus vocat fidem fiduciam misericordiæ divinæ promissæ in Christo. VI. Fides sola justificat, id est, sola causa est, propter quam justificamur. VII. Ecclesia irrationabiliter præceptum de jejuniis instituit. VIII. Verum jejunium est, quod corpori non plus alimenti concedatur, quam ad conservandam sanitatem necesse est. Octo hæ propositiones damnantur tanquam Schismaticæ, Ordinis Hierarchici eversivæ, erroneæ, Hæreticæ, Lutheri erroribus conformes, Ecclesiæ Catholicæ injuriosæ, errori Beguardorum proxima.*

*mæ, ac denique ad retrahendum populum Christianum a continuo Ecclesiæ usu tendentes.* Sæcul. XVI.  
A.C. 1526.

§. LXXXV.

*Berquini Libri ab eadem Facultate  
proscripti.*

Conscripsit idem Berquinus quosdam *Argente. l. 6*  
*pag. 41.*  
libros, atque inter eos præcipue  
Epistolam apologeticam ad amicum ad-  
versus quorundam calumnias, præte-  
rea etiam edidit versionem Epistolæ S.  
Hieronymi ad Vigilantium cum notis.  
Horum primum opus Facultas damna-  
vit, eoquod aperte Lutheri doctrinam  
tueretur, sacræ Religionis Vota execra-  
retur, & subsannaret, atque ideo Facultas  
hunc Libellum, cum Christianæ Reipub-  
licæ perniciosus esset, publice flammis  
comburendum cœnit. Hanc quoque  
proscripsit propositionem, quæ ex alte-  
rius Libelli notis excerpta his verbis  
concepta erat: *Ea, quæ ab uno Sancto  
petunt, ab alio petere non audent, perinde  
acsi Sanctorum quilibet proprium suum ha-  
beret officium ac munus.* Hanc propositio-  
nem ex damnata Lutheri doctrina desum-  
ptam censet: Postea eadem generatim  
omnium Berquini librorum damnatio-  
nem innovat, atque detestatur libros  
per Erasmus compositos, quos Ber-  
quinus e Latino in Gallicum idioma

K 3

trans.